



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Vtrùm liber Apocalypseos Canonicus sit, & à Ioanne Apostolo conscriptus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261



COMMENTARI
EXEGETICI IN APOCALYPSIM
IOANNIS APOSTOLI

Auctore Blasio Viegas Lusitano, Societatis Iesv, Doctore
Theologo, & publico sacrarum literarum in Eborensi
eiusdem Societatis Academia Professore.

*Vtrum liber Apocalypseo Canonicus sit, & à Ioanne
Apostolo conscriptus.*



SCIENTER in lib. de Prescriptionibus aduersus Hereticos, I.
scriptum reliquit Tertullianus; Eò prolabi Hereticorum
præsumptiones, vt nolint agnoscere ea, per quæ reuincuntur,
quasdamque, idcirco Scripturam non recipere, & si quas reci-
piunt, adiectionibus, & detractionibus ad sui instituti disposi-
tionem interuertere: quod Irenæus etiam lib. 3. aduersus hæ-
refes, Origenes in 2. cap. epist. ad Rom. D. Cyprianus lib. de
vinitate Ecclesie: D. August. lib. 7. de Genesi ad literam: Vin-
centius Lyrinensis de prophana heresum nouitate alique nobiles Patres adno-
tauerunt. Nimirum cum Hæretici pondere, & auctoritate grauissima Scriptura-
rum se premi sentiunt, & in suis nihilominus erroribus perstant, eò per contri-
dicendi libidinem venire coguntur impudentia, vt sacrorum librorum canitiem
antiqua superiorum temporum successione venerabilem impudenter contem-
nere, auctoritatẽque omnium veterum Patrum consensione testatissimam im-
piè cleuare conentur. Eo consilio Manichæi Pentateuchum, imò & vniuersos ve-
teris Testamenti libros, vt August. testatur lib. de vtilitate credendi, contra Ma-
nichæos c. 2. & lib. 4. contra Faustum Manichæum, & Euseb. lib. 5. historia Ec-
cles. cap. vlt. alij Hæretici Euangelia, vt refert eodem August. lib. 2. Retractionum,
cap. 16. alij omnes Pauli epistolas, vt ait Euseb. lib. 3. historia Eccles. c. 27. Irenæus
lib. 1. contra hærefes, cap. 26. & Origenes in Psal. 82. alij epistolam Iacobi, alij alia
sacra volumina minimè ferenda temeritate reiecerunt. Non dissimili igitur au-
dacia, quia videbant plurimas à se vel primùm confictas, vel rursus ab inferis ex-
citas hærefes clarissimis Apocalypseo Ioannis testimoniis, quæ suis locis in-
dicabimus, radicibus conuelli, eam omnino ex albo Canonicorum librorum
expungere, atque adeo à Ioanne Apostolo conscriptam negare ausi sunt. quam
quam non defuere etiam ex Catholicis, qui Canonica libri auctoritate retenta,
de auctore dumtaxat aliquando dubitarunt. Et quid quod attinet ad auctori-

Tertull. c. 17
Impudentia
Hereticorum
in reuincendis
libris Cano-
nicis.
Irenæus.
Origenes.
Cyprianus.
Augustus.
Vincent.
Lyrin.
Augustinus.
Eusebius.
Irenæus.
Origenes.
Quæ Apoca-
lypsia ex-
pungunt à
Catholicis.

sacrorum li-
brorum.

Tertullian.

Epiphanius.

Philastrius.

Augustinus.

Didacus.

Paiua.

Euseb. Cesar.

I I.

De auctore

libri qui du-

bitauerint.

III.

Apocalypsis.

liber ca-

nonicus, & à

Ioan. Apostolo

conscriptus.

Dion. Areo.

Irenæus.

Iustin.

Hippolytus.

Tertullian.

D. Hilarius.

D. Athanas.

Alexand.

Origenes.

D. Cyprian.

D. Epiphani.

Ruffinus.

D. Ioan. Dam.

D. Ambros.

Eusebius.

Dion. Alex.

D. Chryso.

D. August.

D. Hieron.

D. Isidorus.

Innocentius.

Gelafius.

Cōc. Ancy.

Cōc. Tolet.

Cōc. Trid.

III.

Refelluntur.

Sophismata

Hereticorum.

Ioan. Apost.

per excellen-

tiam Theolo-

gion areop-

hippol. mar-

Epiphani.

Cyrl. Alex.

Cyr. Hiero-

D. Athanas.

D. Chryso.

Suidas.

tatem, eam negarunt Marcionista, quem modum refert Tertullianus lib. 4. contra Marcionem: & Theodociani, sicut tradit Epiphanius hæresi 51. 54. Alogi, siue Alogiani, vè referunt Epiphanius, Philastrius, & Augustinus, quos imitati sunt suo more nostri temporis Hæretici, in quibus est Lucherus, Brentius, & Kemnicus, contra quem disputat Didacus Paiua lib. 3. defensionis fidei Tridentina. Ex Catholicis vnus Caius antiquus auctor in Hæreticorum iuit sententiam, Apocalypsim à Cherintho insigni Hæretico fuisse compositam, vt auctor est Eusebius Cæsariensis lib. 3. historia Ecclesiastica, cap. 28. Fundamentum huius erroris fuit, quia auctor huius libri nomen suum sollicitè inculcat, quod alienum est, inquit, à consuetudine scriptoris sacri.

Quod verò attinet ad auctorem, præter Caium prædictum, qui Cherintho librum adscripsit, Dionysius Alexandria Episcopus apud Eusebium lib. 4. historia Ecclesiastica, cap. 24. & 26. & lib. 7. cap. 23. de auctoritate libri non dubitans, de auctore tamèn dubitauit, num videlicet esset Ioannes Apostolus, an alius quidam Ioannes Presbyter. Coniectura eius ea fuit, quia in Græcis codicibus auctor non Ioannes Euangelista, sed Ioannes Theologus nominatur.

Cæterum librum hunc canonicum esse, & à Ioanne Apostolo conscriptum, constans fuit totius antiquitatis sententia. Etenim vt canonicum; & Ioannis Apostoli nomine, citarunt omnes veteres Patres tam Græci, quàm Latini Dionysius Areopagita cap. 3. Ecclesiastica Hierarchia, Irenæus lib. 5. aduersus hæreses Valentini, prope finem, Iustinus Philosphus, & Martyr in dialogo cum Tryphone, Hippolytus de consummatione mundi, Tertullianus lib. 4. contra Marcionem, & in Scorpiano aduersus Gnosticos, D. Hilarius præfatione in psalmo, D. Athanasius in Synopsi, Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædagog. cap. 12. Origenes eius discipulus homilia 7. in Iosue, & homilia in psalmum primum, D. Cyprianus libro de exhortatione martyrij. cap. 3. Epiphanius hæresi 51. 54. & 76. Ruffinus in expositione Symboli, D. Ioannes Damascenus lib. 4. fidei Orthodoxæ, c. 18. D. Ambr. in psal. 40. Eusebius id Chronicis, Dionys. Alexand. apud Eusebium l. 4. c. 24. & 26. & lib. 7. c. 23. D. Chryl. hom 3. in Psal. 91. D. Aug. tractatu 36. in Ioannem, & lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 8. D. Hieron. in epistola ad Paulinum, & in Epistola ad Dardanum de terra promissionis. D. Isidorus lib. 6. Ethymol. c. 1. Innocentius primus epistola 3. ad Exuperium Tholosanum, Gelafius in suis commentariis illustrarunt, quemadmodum testatur D. Hieron. lib. de viris illustribus, in Ioanne. Eandem veritatem definiuit Concilium Ancyranum ante mille, & ducentos annos, canone vltimo quod fuit approbatum in sexto Concilio generali, Concilium Toletanum quartum canone 16. denique Tridétinum sess. 4.

Prior Hæreticorum calumnia ex imperitia proficiscitur. Quis enim nescit, Hieremiam sapissimè nomen suam inculcare, & Daniele à c. 7. penè singulis verbis repetere, Ego Daniel. Quod si non fecit in Euangelio Ioannes, id causæ fuit, quia ibi historiam, nõ vaticinia scribebat. Posterior etiam facillè reicitur ex eo, quod Ioanes non semper Apostolus aut Euangelista, sed per antonomasiam, siue excellentiam Theologus appellatur. Sic enim eum appellarunt Dionys. Areopagita ad eum scribès, Hippolytus Martyr oratione de consummatione seculi, Epiphanius hæresi 51. Cyrill. Alexandr. l. 3. de Trinitate, Cyrillus Hierosolymitanus Catech 12. D. Athanas. in oratione contra idola, D. Chryso. proæmio in Psal. 37. Suidas in Ioane, & alij. Iam verò quid Caio homini catholico in mētē venerit, Apocalypsis libri maiestati Cherintho insigni Hæretico adscribere, demirari

mitari satis non possum. Nam Cheriſthi hærefes illæ fuerant, teste Irenæo lib. 1. aduersus hærefes, cap. 25. mundum non fuisse à Deo conditum, sed à virtute quadam separata: Iesv̄m natum more hominum cæterorum: sed descendisse Christum in eum post baptismum in specie columbæ, Christumque tempore passionis excessisse à Iesv̄. Itaque Iesv̄m tantum passum esse, & resurrexisse, Christum verò immortalem perseverasse, & teste Tertul. lib. de Prescriptioribus, cap. 48. Deum Hebræorum non Dominum, sed Angelum fuisse: & teste Epiphanius hæresi 28. Christum adhuc non resurrexisse, sed resurrecturum simul cum alijs in die iudicij, constat etiam ex Philastrio libro de hæresibus, cap. 37. eum blasphemasse martyres, & habuisse in honore Iudam proditorem. Perpicuum est autem omnes huiusmodi hærefes nullo alio ex libro luculentius confutari posse, quam ex libro Apocalypsis, quem admodum suis locis indicabimus.

Cherinthi hærefes quæ Irenæus.

Tertull. Epiphanius.

Philast. Cherinthi hærefes confutantur ex Apoc.

Quærat aliquis, num Ioannes Apocalypsim ante Euangelium scripserit: Ple- rique existimant, Ioannem scripsisse Euangelium cum exultaret in insula Pathmo: vbi constat ex hoc primo cap. eum prophetiæ spiritu afflatum, Apocalypsim literis mandasse. Ita sentiunt Dorotheus in Synopsi. Athanas. similiter in sua Synopi. Niceph. lib. 2. historia, cap. 42. & lib. 3. cap. 9. & Theoph. in præfatione super Euangelium Ioannis. Cæterum multò est probabilius, Ioannem scripsisse Euangelium in Asia minori, & Ephesi, postquam fuerat reuertus ab exilio, atque aded post iam scriptam Apocalypsim: quæ sententia est Epiph. hæresi 51. qui addit, scripsisse Euangelium post annos nonaginta vitæ suæ, quod contigit triennio ante obitum. Eadem est Bedæ sententia lib. de sex ætatibus mundi, & in præfatione super Euang. Ioan. & D. Hier. lib. de viris illustribus in Ioanne: imò, vt videtur Dionysij Areopagitæ epist. 10. quæ est ad Ioannem, vbi ei regressum ab exilio prædicat his verbis, *Ex Pathmi custodia dimittendus es liber, & in Asiaticam terram reuertens, illicque parages boni Dei imitationes, easque posteris trades*, quibus vltimis verbis videtur Dionys. Euang. Ioan. indicasse. Denique potest probari ex vltimis verbis decimi capituli Apocalypsis, quæ sic habent: *Oportet inquit Angelus ad Ioan.) te iterum prophetare gentibus, populis, linguis, & regibus multis.* Id quod perperam aliqui intelligunt de fine mundi, quo tempore existimât Ioan. simul cum Enoch, & Heliã venturum: quæ de refuse ad caput 10. disputabimus.

Quo tempore Ioannes scripsit Apoc.

Dorotheus, Athanas. Nicephorus, Theophil.

Quo tempore & loco scripsit Euangelium.

Epiphanius.

Quo vitæ suæ anno.

Bedæ. D. Hieronymus, Dionys. Areopag.

De libri Apocalypseos Nomine, Præstantia, difficultate, Argumento, Partitione.

AP O C A L Y P S I S nomen Græcum est, & reuelationem significat, à verbo *ἀποκαλύπτειν*, quod est reuelare, quia nimirum Deus Ioanni, & per Ioannem Ecclesiæ reuelauit ea mysteria, quæ hoc opere continentur. Porro *ἀποκαλύπτειν* idem est, atque obtegerè: & quoniam præpositio *ἀπό* apud Græcos sæpe absontiam, & remotionem significat, indè est, quod *ἀποκαλύπτειν* sit detegere atque reuelare, vt Leuit. 18. *Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ non reuelabis*, Græcè *ὄχι ἀποκαλύψῃς*, & Psal. 118. *Reuela oculos meos, ἀποκαλύψον* eodemque sensu vsurpatur *ἀνακαλύψῃς* vt Deuteronom. 22. *Non accipiet homo uxorem patris sui, nec reuelabis operimentum eius, ὄχι ἀνακαλύψῃς*. Et Esaiæ 47. *Reuelabitur ignominia tua, ἀποκαλύψῃς*. Ex verbo igitur *ἀποκαλύπτειν*, deducitur nomen *ἀποκαλύψις*, quod nomen vt ait D. Hieron. in comm. super. 1. cap. epist. ad Gal. *Proprium scripturarum est, & à nullo sapientum sæculi apud Græcos vsurpatum, unde mihi, inquit, videntur, quem admodum*

VI.

Etymologia Apocalypseos.

Leuit 18. 7.

Psal. 118. 81.

Deut. 22. 30.

Esai. 47. 3.

D. Hieron. ἀποκαλύψις nomen proprium scripturarum.



in alijs verbis, quae de Hebraeo in Graecum septuaginta interpretes transfulerunt, ita & in hoc magnopere esse conatos, ut proprietatem peregrini sermonis exprimerent, noua nouis rebus verba fingentes, & sonare, cum qui rectum & velatum, ablato desuper operimento ostenditur, & proferatur in lucem. Vlturpatur id nomen saepe tum in Veteri, tum in nouo Testamento, illudque vulgatus interpres. 1. ad Cor. 14. transferre noluit, sed ut erat Graeco reliquit, cum ita locum reddidit, unusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, Apocalypsim habet, id est, mysteriorum reuelationem habet.

1. Cor. 14.
20.

Præstantiam libri complexus est D. Hieronymus in Epist. ad Paulinum, cum dixit, Apocalypsis Ioannis tot habet sacramenta, quot verba, parum dixit, pro merito volumine laus omnis inferior est, in verbis singulis multiplices latent intelligentiae. Dionysius Alexandrinus apud Eusebium lib. 7. historiae Ecclesiasticae c. 23. Admirabilem, inquit, in singulis capitibus rerum expectacionem contineri suspicor: etenim ubi illum non intelligo, altiore quendam sensum verbis inesse cogito, neque de illis meo intellectu, inquiri, & iudico, sed fide potius acquiescens, sublimiora illa, quae à me intelligantur, etiam puo. Et haec quidem Dionysius, qui tamen negauit, Apocalypsim à Ioanne Apostolo conscriptam, ut superius diximus, de eius auctoritate non dubitans. Ecclè etiam Ioa-chimus Abbas de Flore hanc prophetiam omnibus alioquin Prophetarum vaticinijs anteponit: id quod tum ex auctore, qui supra pectus Domini in caena recubuit, ex eoque tanquam ex perenni fonte sapientiae, altissimam rerum diuinarum cognitionem habuit, tum ex visionum maiestate, ac splendore, quae omnibus veterum Prophetarum visionibus antecellunt. Denique, ex rerum ipsarum, de quibus agit, dignitate, poterat demonstrari, ex quo patet miracula huius operis excellentia. Iam verò difficultas ex eo apparet, quod reliquorum omnium vatum prophetiae iam ferè omni ex parte completæ sint, Ioannis verò vaticinia maiori adhuc ex parte supersunt implenda: quare rectè à Petrisque liberis, hic ille intelligitur, quem Ioannes vidit septem signatū sigillis Apoc. 5. ut eo loco fusè disputabimus. Libri materia est vniuersa Ecclesiae à Christo fundatæ status, variæque persecutionum genera, quas partim in sua prima origine perpessa est: partim etiam nunc patitur: partim denique ad finem mundi passura est: simulque eiusdem Ecclesiae illustrissimæ victoriæ, ac triumphi. Quae omnia idcirco referuntur, ut mali à vitijs deterreantur, boni verò ad perseuerantiam in bono exsistentur: neque quicquid tandem acciderit, animum despondeant, sperantes fore, ut omnes has Ecclesiae calamitates bona sempiterna consequantur. Denique quod attinet ad partitionem, Beda præfatione sua in Apocalyp. in septem diuidit perichas, seu complexiones, in quarum prima post præfationem copiosam ad roborandam fidem fragilium, ac Domini passiones, posterioresque glorias enumeratas, similè filio hominis cernit indutum, qui commemoratis ijs, quae in septem Ecclesijs Asiae gesta, vel gerenda sunt, generales totius Ecclesiae luctas describit, & palmas: vbi sexto loco subiiciendos Ecclesiae Iudeos, & tentationem vniuersi orbis futuram, seque promittit cito esse venturum. In secunda, descriptis in pede Dei quatuor animalibus, & viginti quatuor senioribus agnum videt, apertis septem libri sigillis, conflictus, & triumphos Ecclesiae referare futuros. Tertia: Sub specie septem Angelorum tuba canentium varios Ecclesiae describit euentus. Quarta: Sub figura mulieris parturientis, & draconis eam persequentis, eiusdem Ecclesiae labores, & victorias aperit. Quinta: Per septem Angelos septem plagis nouissimis terram, perfundit. Sexta: Damnationem meretricis magnæ complectitur. Septima, & postrema, vxoris agni de caelo descendens ornatum ostendit, elegantiam etiam, atque pulchritudinem admiratur.

Operis difficultas.

Libri argumentum quod.

Beda.
Partis
Apocalypsis
in septem
quasi mem-
bra.

HYPO-